



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. II. Quid opinio probabilis juxta alios, quid juxta me?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

probabiliter licitus, contractus A, est probabiliter non licitus, quia non sunt contrarii, & hoc do Joanni à S. Thom. & immerito supponit P. Thyrsus esse contrarios, sunt enim ambo affirmativi, & modales, quare aliud est, contractus A est probabiliter licitus, contractus A non est probabiliter licitus; aliud est, contractus A probabiliter est licitus, contractus A probabiliter non est licitus; illi repugnant, quia opponuntur, non isti, æquivalent enim, probabile est, contractum A licere, probabile est, non licere, in quo nulla est repugnantia; esset autem, si dicerent, probabile est contractum A licere, non est probabile contractum A licere. Breviter, si negatio cadat supra probabilitatem, non possunt simul esse; si autem uterque affirmet probabilitatem, & negatio cadat supra veritatem, possunt; sed in citatis à P. Thyrsio, contractus A probabiliter est licitus, contractus A probabiliter est illicitus, negatio non cadit supra probabilitatem, immò in utroque actu affirmatur probabilitas, in uno de licentiâ, in alio de non licentiâ: ergo possunt simul stare.

§. II.

Quid opinio probabilis juxta alios, quid juxta me?

SUMMARIUM.

Communiter definitur, Iudicium nixum motivo solido, gravi, verosimili, rationali, fallibilili. DD. n. 20.
Non placet; cur? n. 21.
Actus perfectio non bene explicatur per moti-
vum, n. 22.
Sicut forma physica diversimodè applicata diver-
sos facit effectus formales; ita motivum diver-
so lumine applicatum, n. 23.
Est omne probabile sit verosimile, non econtra,
n. 24.
Potest una ex contradictorijs esse probabilis, quin
alia sit, n. 25.
Cur si una ex contradictorijs est incerta, dubia,
contingens, ejus opposita sit etiam talis non verò
si una est probabilis, & alia? n. 25. 27.
Unde in Anti-Probabilistis exclamationes, ibid.
Qui probabiliter solvit rationem unius partis, non
ideo probat oppositam, n. 28.
Quid juxta me opinio probabilis, n. 29.
Explico particulas definitionis, n. 30.
Melius dicitur, quod opinio sit iudicium incer-
tum, quam inevidens, n. 31.
Aliquando ad probabilitatem solum prudentum
iudicium est satis, n. 33.
Ego expono, non suppono, quid sit motivum pro-
babile, n. 35.

*Opinio, ut sit probabilis, nil certum contra se ha-
bere debet. DD. Ibid.*

*Nullus, nisi doctus sit, & pius, facere potest opi-
nionem probabilem, n. 36.*

Doctores sunt testes juris, non facti, ibid.

*Falsum, ex nostra definitione sequi, non licere mi-
nus probabilem, ut ait P. Thyrs. n. 37. 38.*

*Tam magis, quam minus probabilis, perpenso
proprio motivo videtur vera, perpenso opposito
falsa, n. 39.*

SCito, quid sit opinio, & quid probabili-
tas, communis Probabilistarum opinio^{N. 20.}
probabilis definitio, est ferè in hæc verba. Est
iudicium nixum motivo probabili, seu foli-
do, & gravi, alicujus momenti, verosimili,
rationali, licet fallibili. Ita P. Sanch. lib. 1. P. Sanc.
Sum. cap. 9. n. 5. P. Granado 1. 2. contr. 2. tr. 12. P. Gran.
P. Oviedo 1. 2. tr. 5. contr. 3. p. 1. P. Moya tom. 1. P. Ori-
edo, 1. quest. 1. n. 4. M. Mart. de Prado tom. 1. quest. P. Moy.
Mor. cap. 1. de Conf. quest. 1. §. 1. P. Card. M. Mar.
tom. 1. d. 1. n. 16. & tom. 3. d. 55. n. 1. & tom. 4. P. Card.
passim, P. de la Fuente disp. 2. Torrec. tr. 8. n. P. de la
18. Caram. lib. 1. Theol. Mor. Fund. fundam. Caram.
11. n. 425. ait: Opinio, cujus nec veritas, nec M. Tap.
falsitas demonstratur, si sit valdè veræ simi- Torrec.
lis, nominatur probabilis, & quidem proba-
bilitas nascitur ex gravi motivo, quo quis ad
assentiendum inducitur. M. Tapia tom. 1. lib.
1. quest. 8. art. 1. n. 15. ait: Opinio probabilis
est alienus, qui gravi rationi, & testimonio
nititur, adherendo uni parti cum formidine
alterius. S. Anton. 1. p. Sum. tit. 3. cap. 10. §. 10. S. Anto-
circa finem ait: Dicitur autem probabile, nin.
quod pluribus, & maxime sapientibus appa-
ret verum; quod idem iisdem terminis dicit
Author Summæ Angelicæ Angelus Clava- Angel.
sius verbo opinio n. 2. & alij antiqui. In idem
recidit definitio candidi Philalethi (licet præ- Candid.
cipuus sit inter Probabilioristas) in suo li-
bello, cujus titulus est, de Opinionum Praxi,
editione Matritensi anni 1645. & Cremo-
nensi 1646 (quæ semper utar) quest. 6. pag.
mihi 123. ait enim: Opinio probabilis est opi-
nio apparens vera, ex non levi fundamento;
& citat S. Thomam glossantem verba Arist. S. Th.
1. Ethic. cap. 5. dicentis, Oportet veritatem signi- Arist.
ficatè ostendere, id est, ait S. Doctor, verosimi-
liter, & probabiliter, quia probabile est, quod est
simile vero. Consentit Inlignis Probabiliori-
sta M. Mercorus 1. p. Basis art. 9. pag. mihi 21. M. Mer-
cor. 21.
probabile idem est, ac apparens verum, eò
autem ipso quod est apparens verum, non judi-
catur absolute verum sine omni formidine,
sed cum formidine. Demum alij plures ita
definiunt: Est, quæ pro se habet rationem so-
lidam, & nihil certum contra se habet. N.
In allatis definitionibus aliqua sunt, quæ non

- non omnino placent. In primâ enim, & communi opinionis probabilis definitione displicet primo, quia explicat idem per idem, cum enim non constet, quid sit motivum probabile, solidum, grave, alicujus momenti, nec constare potest, quid sit opinio probabilis per ordinem ad tale motivum definita. Displicet 2. quia, ut cum nobilioribus Neotericis in Philosophiâ, & Theologiâ docui, malè perfectio actuum intellectus explicatur per eorum motivum, quasi verò actus certus, & infallibilis sit, qui nititur certo, & infallibili motivo; actus supernaturalis, qui supernaturali motivo, naturalis, qui naturali; verus, qui verus; falsus, qui falsio: rejeci enim hæc omnia, quia idem motivum quod potest esse motivum actuum naturalis, & supernaturalis; & idem motivum quod propositum per lumen evidens facit actum evidentem; per lumen supernaturale facit actum supernaturalem, & infallibilem; per lumen non connexum essentialiter cum vero facit actum fallibilem, ut etiam dixi hic §. 1. ergo motivum quod non specificat necessariò actus, nec actus sumit perfectionem suam à motivo quomodolibet, sed ut applicato hoc, aut illo modo; non minùs, quàm in Physicis eadem forma diversimodè applicata facit diversos effectus formales, ut docui in *tr. de Incarn.*
- N. Addo motivum in se nec esse fallibile, nec infallibile, nec evidens, nec probabile, nec verum, nec falsum, cum applicatum uni intellectui, & subsistans tali lumini, possit conducere ad actum certum; applicatum alteri, immò eidem per aliud lumen, conducere possit ad actum incertum, immò ad falsum: ergo non bene actus opinativus probabilis definitur per ordinem ad motivum probabile.
- N. Displicet definitio M. Mercori: quia licet omne probabile sit verosimile, ut rectè S. Thom. non tamen omne verosimile est probabile, debet enim esse simile vero, non ex levi, sed ex gravi fundamento.
- N. Displicet definitio Caramuelis, quam defendit Torrec. *tr. 8. n. 20.* quia, ut rectè P. Card. *tom. 1. d. 1. cap. 2. & d. 4. cap. 2.* ea definitio supponit, quod quoties una pars contradictionis est probabilis, etiam altera sit probabilis: sed hoc est certò falsum, ut innuit hic §. 1. contra P. Thyrsium: ergo &c. Maior probatur ex ipsâ Caram. definitione in Apologemate pro doctrinâ probabilitatis *epist. 2. n. 81. pag. mihi 34.* ubi ait: Opinio probabilis est, quæ pro se, & contra se habet rationes fortes, & nec pro se, nec contra se habet ullâ demonstrativam: ergo dum ait, *habet contra se rationes fortes*, supponit, quòd ejus contradictoria habet pro se rationes fortes: ergo

supponit hanc esse probabilem. Minor etiam patet: si enim unus testis fide dignus deponat Petrum intulisse mortem Paulo, & nullus deponat non intulisse, in eo casu probabile est intulisse, & non est probabile, non intulisse. Confirmo: quia ex eo quod opinio A habeat pro se rationem gravem non demonstrativam, non infertur, opinionem B ei contradictoriam habere etiam pro se rationem gravem non demonstrativam: ergo licet de essentia opinionis probabilis sit, ut habeat pro se rationem fortem, & non habeat contra se rationem demonstrativam, attamen non est de essentia opinionis probabilis, ut habeat etiam contra se rationem fortem. Hinc rectè P. Card. *d. 4. a. n. 19.* rejicit illas Caramuelis monstrosas (ita loquitur) consequentias, probabile est, Petrum esse reum: ergo etiam probabile est, non esse reum: similiter rectè tollit æquivocum, quod tantam exclamandi occasionem dedit P. Elizal. dicenti, quòd si licet sequi opinionem probabilem, nulla nobis supererit studendi necessitas, quia supponit, quòd si una contradictoria est probabilis, etiam altera talis sit, quod est certò falsum.

Dices: Valet, contingens, incertum, & N. dubium est rem esse; ergo etiam est contingens, incertum, & dubium rem non esse: ergo etiam valebit, probabile est rem esse; ergo probabile est rem non esse. Confirmatur: eo ipso quòd fundamentum partis A est tantum probabile, potest solvi: sed solutio fundamenti partis A est fundamentum pro parte B contradictoria: ergo quoties una pars est probabilis, etiam ei opposita talis erit.

Respondeo, concessio quòd ad omnes tres N. partes antecedenti, negando consequentiam: ideo valet, contingens est rem esse: ergo etiam rem non esse; quia si quoties una pars est contingens, ejus contradictoria non esset etiam contingens, sequeretur, quòd contradictoria esset, vel impossibilis, vel necessaria: si impossibilis, ergo contradictoria, quæ supponebatur contingens, esset necessaria; nam quoties unum contradictorium est impossibile, aliud est necessarium: si necessaria, ergo ejus contradictoria, quæ supponitur contingens, est impossibilis; nam si unum contradictorium est necessarium, aliud est impossibile. Similiter si non esset verum, quòd quoties una contradictoria est incerta, etiam altera sit incerta, sequeretur, quòd altera esset certa, vel certò falsa: sed hoc est evidenter falsum; si enim altera esset certa, contradictoria, quæ supponebatur incerta, esset certò falsa; nam ex contradictorijs, si A est certum, B est certò falsum: rursus si altera

altera esset certo falsa, contradictoria, quæ supponebatur incerta, esset certa; nam ex contradictorijs, si A est certo falsum, B est certo verum. Contra si A est probabile, non ideo B ei oppositum est etiam probabile, quia esse probabile non est præcise esse incertum, sed est esse incertum, & habere fundamentum grave: sed ex eo quod A habeat fundamentum grave, non inferitur, quod B contradictorium habeat etiam fundamentum grave: ergo ex eo quod A sit probabile, non inferitur, quod B contradictorium sit etiam probabile. Similiter si A est dubium, B contradictorium est etiam dubium, non autem si A est probabile, contradictorium est etiam probabile, quia dubium est suspensio iudicii de utraque parte: ergo utramque includit; probabilitas autem unius partis, non est probabilitas partis oppositæ, immo repugnat.

Lege P. Card. tom. 1. d. 4. a n. 31. & a n. 114.
N. Ad confirmationem dico, quod solutio
28. probabilis fundamenti probabilis pro parte A, non est fundamentum probabile pro parte B contradictoria, sed ad summum illa solutio facit, quod B non sit certo falsum, non autem, quod sit probabile; dum enim solvo rationem suadentem Turcam dormire, non ideo probo Turcam non dormire, aliàs quoties Philosophi, & Theologi solvunt rationes probabiles, quas alij adducunt pro opinione, quam sequuntur, sed propter aliam rationem, probarent sententiam contradictoriam propriam, quam sequuntur; quod nemo dicit: ergo solutio argumenti probabilis instantis pro parte A, non est probatio partis B contradictoria: ad summum igitur solutio est indirecta probatio partis B oppositæ, & ostendit partem B non esse evidenter falsam, nec partem A evidenter veram, non autem probat partem B esse probabilem; de quo latè P. Card. tom. 1. d. 4. cap. 6.

P. Card. N. Ego itaque opinionem Theologicè probabilem ita definio: Est iudicium incertum de una parte contradictionis nixum motivo, quod non tantum absolute in se, sed etiam comparative ad motiva partis oppositæ (si adsint) apparet tale, ut intellectum hominis docti, & pij, nullaque hic, & nunc passione laborantis, inclinet ad prudentem assensum, aut dissensum.

N. Dixi 1. Est iudicium, & hoc stat loco generis, & convenit cum omni alio iudicio naturali, & supernaturali, certo, & incerto, evidenti, & inevidenti.

N. Dixi 2. incertum de una parte contradictionis, & per hoc differt ab omni actu certo, ut est fides Divina, & ab omni evidenti, ut est actus scientiæ; & convenit cum opinione im-

probabili, vel non probabili, & iudicio temerario. Cur autem dixerim, opinionem probabilem esse iudicium incertum, potius quàm inevidens, est, quia omne incertum est inevidens, non e contra; actus enim fidei Divinæ est inevidens, non autem incertus; & eo ipso quod opinio est iudicium incertum, est iudicium inevidens, quia omne incertum est inevidens.

N. Dixi 3. nixum motivo, quod non tantum &c. 32. per quæ verba opinio probabilis differt ab omni alio actu, qui talis non est; sunt enim differentia atoma, ut mox exponam.

N. Dixi 4. sed etiam comparative ad motiva 33. partis oppositæ, si adsint; per quæ verba innuo, quod jam rejeci, nempe, quod non sit de necessitate opinionis probabilis, ut ejus contradictoria sit probabilis, & ideo unus sum particulam conditionali, si adsint, nempe, quod motiva opinionis probabilis A debent esse talia, ut si contradictoria probabilis B habeat motiva, seu sit probabilis, debent esse relative ad hæc etiam gravia; etsi hoc absolute necessarium non sit ad hoc, ut opinio A sit probabilis, ut enim probabilis sit, satis est, ut nil certum contra se habeat, & ut ejus fundamentum sit grave absolute in se: quod si opinio B contradictoria sit probabilis, tunc fundamentum opinionis A debet esse grave etiam respective; ut enim rectè P. Card. tom. 1. d. 1. n. 16. ad probabilitatem opinionis non est necesse, ut solvat argumenta partis oppositæ, quia potest pars opposita nullum habere pro se argumentum grave. Immo, ut acutè Neuß. d. 2. 1. qu. 10. pag. 107. n. 24. non est necesse semper ut pro probabilitate opinionis adsit ratio gravis, ut constat in omni illa, quæ à solo prudentum iudicio pendet; neutra enim opinio ex. gr. five asserat, five neget duos Julios esse materiam sufficientem furti gravis respectu cujuscumque, potest acerbis syllogismis in alium pugnare.

N. Dixi 5. apparet tale, per quod verbum evi- 34. to scopulum, in quem incidunt, qui motivi perfectionem refundunt in actum; cum tamen hoc dici non possit, quia motivum tantum pro mensurâ luminis, quo applicatur, refundit perfectionem, & cæteris paribus maiorem, quod motivum est maius; nam per to apparet explicatur lumen applicans motivum; quare opinio probabilis est, quæ nititur motivo, quod apparet grave gravitate in definitione exposita.

N. Dixi 6. apparet tale, ut intellectum &c. per 35. quæ verba expono, & non suppono, ut plerique, quid sit motivum probabile, cui opinio probabilis niti debet, debet enim apparere tale, ut non tantum solitarie sumptum, sed

Ad etiam in consortio motivorum (si ad sint) partis oppositae, possit inclinare intellectum hominis docti, & sine passione judicantis, ad prudentem assensum, aut dissensum: quare si motiva partis oppositae talia sint, ut emer- gent vim dicti motivi, eo ipso iudicium illi nixum non erit Theologicè probabile, & ideo omnes tamquam certum, vel suppo- nunt, vel exprimunt, ad opinionem proba- bilem requiri, ut nil certum contra se habeat, five ex Fide, five ex ratione, five ex authori- tate infallibili. Ita duo preclari Scottiæ, nempe Maltius lib. 2. Sent. d. 5. q. 2. & in

Thcol. Mor. d. 1. n. 62. & Bordonus tom. 6. in Propugnaculo opin. prob. a. n. 1. cap. 5. passim, P. Suar. l. c. P. Granado l. c. P. Palao tom. 1. tr. 1. d. 2. p. 1. n. 2. P. Azor tom. 1. lib. 2. a. cap. 9. P. Ovid. 1. 2. tr. 5. contr. 3. p. 1. n. 1. P. Card. tom. 1. d. 11. a. n. 106. P. Moya ll. cc. & omnes cum P. Elparza in Appendice art. 112. & P. Teril. de Consc. prob. q. 2. n. 41. & de Reg. Mor. q. 1. a. n. 7. qui volunt, ne- cesse esse ad opinionem probabilem, ut nita- tur fundamento absolute, & relative gravi, seu quod comparatum cum opposito adhuc retineat suam vim trahendi ad assensum.

Cur autem, ut opinio sit Theologicè pro- babilis, necesse sit, ut ejus motivum sit tale, ut possit movere intellectum hominis docti, & pii, & hic, & nunc sine passione judican- tis? Est, quia nisi sit doctus, & in tali mate- ria, circa quam opinatur, versatus, ejus ju- dicium erit inconsideratum, quia homini sine ratione asserenti non est credendum, nam Doctor est testis juris, non facti, ut rectè Bordonus l. c. cap. 5. n. 38. Nisi sit pius, peri- culum erit, ne ejus iudicium inclinet in fa- vorem libertatis, & commodi: nisi hic, & nunc, dum opinatur, sit à passione liber, ejus iudiciu utpotè à passione, quæ miram habet vim acuendi in sui favorem intellectum, ut sæpe tradit Arist. qualis quisque est, taliter judicat, aut cæcum erit, aut saltem impru- dens. Vid. infra n. 121.

Dices ex P. Thyrio disp. 1. §. 3. allatam de- finitionem non componi posse cum licito usu opinionis minus probabilis, nam ex P. Elparza art. 102. probabile idem est apud omnes, ac approbabile, seu cui intellectus merito assentiri potest, licet cum aliqua for- midine: sed intellectus, ait P. Thyrsus n. 17. non potest approbare, ut veram, sententiam minus tutam, quando ei proponitur, ut mi- nus verosimilis, debet enim potius reproba- re, ut falsam, nam intellectus fugit falsita- tem: ergo cum proponatur in actu primo po- tius ut falsa, tenetur ei potius dissentiri. Se- cundo, quia implicat, ut motivum, quod

vincitur ab opposito, sit comparativè mag- num: ergo tunc non assentitur ob motivum magnum. Tertio, quia non potest vir pro- bus, & doctus irreprehensibiliter judicare aliquid esse licitum, quando habet fortius motivum, quod sit illicitum, nisi mentis oculos voluntariè claudat, quod est nolle in- telligere, ut benè agat. Quarto, quia moti- vum opinionis debet esse magnum per ordi- nem ad intellectum ipsius opinantis, ita ut post diligentem veritatis inquisitionem, & citra passionem, fundamentum sit magnum, non potest autem esse tale, nisi appareat præ- eminens, nam nemo potest prudenter, nec inculpabiliter judicare sententiam faventem libertati contra legem, esse veram, si omni- bus pensatis invenit maius fundamentum ad judicandum esse falsam: ergo ex definitione opinionis probabilis à nobis datà, infertur illicitum esse usum minus probabilis, minus tutæ. Hæc P. Thyrsus, qui hæc eadem alibi P. Thyrs. inculcat, & ex parte P. Scildere tr. 2. cap. 2. P. Scild. §. 1. n. 12.

Respondeo brevissimè, nam ea alibi fusiùs N. solvam, his argumentis probari, non esse li- citum sequi tutiorem minus probabilem: er- go omnia ab Authore solvenda. Ad 1. distin- guo minorem: non potest intellectus ap- probare probabiliter ut veram, sententiam minus tutam, quando ei proponitur ut mi- nus verosimilis, nego minorem; si non pro- ponatur ut verosimilis, concedo minorem. Ad probationem distinguo: debet potius re- probare ut falsam, opinionem minus verosi- milem, si velit sequi magis verosimilem, & prudentius operari, ad quod tamen non te- netur, concedo antecedens; si velit pruden- ter tantum operari, nego. Ad 2. nego ante- cedens; nam adhuc motivum minus est com- parativè magnum, licet non sit æquale, nec maius. Ad 3. nego antecedens, vel distinguo: irreprehensibiliter prudentius, concedo; pru- denter, nego. Ad 4. concessa maiori, nego minorem. Addo argumenta niti etiam alteri æquivoco, nempe quod opinio minus pro- babilis appareat falsa, nam apparet vera, & judico probabiliter veram; alioquin sicut minus probabilis consideratis maioribus moti- vis magis probabilis apparet falsa; ita etiam probabilior consideratis motivis minus pro- babilis appareret falsa, & sic non possem as- sentiri opinioni, nequidem probabiliori. Di- co itaque utramque opinionem, considerato N. motivo proprio, videri veram; & utramque, 39. considerato motivo opposito, videri falsam; & utramque consideratis utriusque motivis videri probabiliter veram, & probabiliter falsam. Sed fusiùs alibi.